



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XXVIII. Markgraf Ludwig d. R. verspricht für sich und seinen Bruder Otto dem Rath zu Eberswalde Grundabgaben in einem bestimmten Betrage, welche für das St. Georg-Hospital erworben werden sollen, ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

XXVIII. Markgraf Ludwig d. N. verspricht für sich und seinen Bruder Otto dem Rath zu Eberswalde Grundabgaben in einem bestimmten Betrage, welche für das St. Georg-Hospital erworben werden sollen, diesem zu vereignen, am 24. Mai 1359.

Ad perpetuam rei memoriam, noverint universi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludowicus Romanus, dei gratia brandenburgensis et Lusatiae Marchio, sacri Romani imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni et Bavarie Dux, nostro et fratris nostri carissimi Ottonis nomine attendentes et considerantes fidelia et frequentia servitia nobis exhibita per fideles nostros dilectos consules et universitatem civium nostrorum in Everswolde et adhuc in antea nobis facienda et fideliter exhibenda, eisdem Consulibus Magistris unionum et communitati nostrorum civium in Everswolde presentibus et futuris talem gratiam fecimus et facimus specialem, quod ubicunque et a quibuscunque in terris nostris, cujuscunque conditionis et status existant, emergere et comparare poterunt ipsorum pecunia tria frusta annuorum reddituum, proprietatem eorundem ipsis donare volumus et donamus etiam per presentes, quod eadem tria frusta, dummodo eis non sunt annexa onera servicii nostri Vassallatus aut debita nostrarum precariarum, justo proprietatis titulo ad altare fundatum vel fundandum in honore Sancti Georrigi in domo leproforum ejusdem sancti Georrigi, ante portas et valvas inferiores opidi nostri Everswolde predicti situata, justo proprietatis titulo perpetue debeant pertinere. Et si necessarium eisdem consulibus fuerit, cum emerint predicta tria frusta ut predicatur et nos requisierint, tunc litteras et privilegia eis super eadem proprietate dare volumus in bona forma cum omnibus necessariis clausulis et consuetis. In cujus rei evidentiam sigillum nostrum presentibus est appensum, presentibus strenuis viris Hassone de Wedel de Valkenborgh, Ludovico de Wedel, Henningho de Uchtenhagen, Marquardo Luterbeck, militibus, Wedegone de Wedel, Tiderico Morner, Preposito Bernowensi, Prototonotario nostro, cum pluribus fide dignis. Datum in Opido Bisdal, Anno domini Millesimo tricentesimo quinquagesimo nono, feria sexta post dominicam qua cantatur Cantate.

Aus v. d. Hagen's Besch., S. 267.

XXIX. Markgraf Ludwig d. N. überläßt für sich und seinen Bruder Otto dem Raland zu Eberswalde das Patronat des Altars Jacobi und Stephani in der Pfarrkirche daselbst, am 16. September 1359.

Ad perpetuam rei memoriam, noverint universi et singuli tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludowicus Romanus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio, sacri Romani imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni et Bavarie Dux, Nostro et fratris nostri carissimi Ottonis nomine deliberato animo, consiliorum nostrorum accedente consilio, Decano et fratribus Kalendarum bresbyteris in Everswalde quolibet anno solitis convenire, qui pro tempore fuerint, in honorem omnipotentis dei, genitricis ipsius beatissime Virginis Marie et omnium sanctorum ac in remedium salutare animarum, progenitorum ac progenitarum nostrorum et nostrarum, nostre, heredum et successorum nostrorum ac antecessorum pie recordationis Marchionum Brandenburgensium